ሰሜን

(forma antiquior ሴሜን ፡, passim ut Zach. 14,4 in Cod. Laur.) subst. , sc. ܬܰܝܡܢܳܐ תֵּימָן ٱلْتَّيْمَنُ (de transitu literae ተ in ሰ cfr. ex. gr. ሱራፌን ፡ i.e. תְּרָפִים Hez. 21,21) **1)** *plaga australis* , *meridies* , νότος, Jer. 13,19; Jer. 17,26; Dan. 8,4; Dan. 8,9; Zach. 6,6; Zach. 14,4; Koh. 11,3; Kuf. 7 seq.; Hen. 26,2; Luc. 13,29. **2)** m. *auster* , *ventus meridialis* Cant. 4,16. **3)** At Abyssinis recentioris aetatis genuina vocis significatio in contrariam abiit: *septentrio* , et vice versa significationem vocis ደቡብ ፡ *septentrio* , illi oppositae, in contrariam sc. *meridies* converterunt, (similem confusionis labem etiam ad vocabulum መስዕ ፡ serpisse vid. in annot. ad Gen. 20,1). Quam miram significationum permutationem gentibus meridionalis Abyssinae Amharice {DiL.0335} loquentibus primis in morem venisse et inde exortam esse, quod ሰሜን ፡ voce montes Abyssinae Semên (ስሜን ፡, olim etiam ሰሜን ፡, ut Sx. Genb. 19) significari opinati essent, equidem in Göttinger Gelehrte Anzeigen 1859 p. 1906 demonstrare conatus sum. Exempla hujus confusionis: Ex. 27,11 ann.; Kuf. p. 44; Kuf. p. 53; in libris recentioribus creberrime voci ደቡብ ፡, ut Koh. 1,6; Jes. 14,31; Jer. 1,13; Jer. 3,18; Jer. 6,22; Jer. 10,22; Jer. 13,20; Jer. 16,15; Jer. 25,9; Jer. 27,3; Jer. 27,9; Jer. 38,8; Zeph. 2,13; Zach. 2,6; Hez. 1,4; Hez. 8,5; Hez. 8,14; Hez. 21,4; Hez. 26,7 al., et voci መስዕ ፡ substituitur, ut Jes. 43,6; Jer. 3,12 al.

Bibliography

Revisions

- Leonard Bahr *root* on 14.2.2018
- Andreas Ellwardt *last updated txt file and doc file of Lexicon* on 19.4.2017
- Pietro Maria Liuzzo *exported from lexicon to XML* on 16.1.2017
- Pietro Maria Liuzzo *updated lexicon XML file adding nested senses* on 16.1.2017
- Andreas Ellwardt *updated txt file and doc file of Lexicon* on 22.11.2016